The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Philosophia h
cum uariis

O felicia antiquorum tempora in quibus ipsi imperatores mundum regentes seipsos philosophie dederunt ut patuit de Alexandro Macedone, de Iulio Cesare, de Tholomeo rege. Cuiuslibet enim regni gloria creuit in immensum quamdiu arcium liberalium studia in ipso floruerunt. Victoria enim milicie et gloria et philosophia quasi simul concurrerunt. Et merito quia philosophia uera docet iuste et recte regnare. Per me enim reges regnant, ait Sapiencia.

Ibidem (Hugo in didascalicon libro III.) et scribit Alexander de naturis rerum.

———

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

Philosophia] Philosophus L^2; immensum] mensum B; studia] studio P V^1; quasi *om.* P V^1 V^2 L^1 L^2; concurrerunt] creuerunt P V^1 V^2 L^1 L^2; quasi…philosophia *om.* C; et recte regnare] et regnare recte (*cor. intra*) B